



16. 62

DISPUTATIO JURIDICA
DE
USU FORENSI
LIBRI XIV. DIGESTORUM,

QVAM

ANNUENTE DEO
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENB. CETERA,

PRAESIDE

DN. SAMUELE STRYKIO, JC^{TO},
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS BORUSS
CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO,
ET FACULTATIS JURIDICÆ
ORDINARIO,

IN AUDITORIO MAJORI

D. JANUAR, A. O. R. MDCC IIX.

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

JOHANN FRIDERICUS GOEZE,
HALBERSTADIENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis JOANN. GRVNERI, Acad. Typogr.

54

D. GEORGE A. ...

LESLIE FOR ...

D. GEORGE A. ...

D. PHILIP ...

D. SAMUEL ...

D. ...

JOHANN FRIEDRICH ...

...

125

❁ (I) ❁
D I G E S T O R U M
LIBER XIV.

TITUL. I.

D E

EXERCITORIA ACTIONE.

§. I.



Ræsentiis tituli usus practicus non restringendus est ad civitates maritimas, quasi illic loci tantum exercitoria actioni locus sit, sed usus ejusdem ad omnia alia loca se extendit, ubi flumina navigabilia præerfluunt: Perinde enim est, an navi fluviatili, an maritimæ aliquis sit præpositus, quod & agnovit Ulpianus *in L. 1. §. 6. b. t.* ubi dicit: *Navem accipere debemus, sive marinam, sive fluviatilem, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit.* Nec interest, an curam tantum navis, an etiam mercium transvehendarum rationem habere debeat; æque enim ex hujus facto obligatur dominus navis vel exercitor, quam quidem ex illius, qui navi maritimæ præpositus est, nam exercitores rarium & lyntrarii eodem jure censentur *L. 1. §. 4. ff. Naut. & Caupon. Stypman. de jure maritim. P. 4. c. 15. n. 275.* modo utrobique limites præpositionis non excefferint.

Usus tituli etiam ad naves fluviatiles pertinet.

§. II. Occurrunt autem in hoc titulo diversæ personæ, præponentis scilicet, & illius, qui præpositus est. Ille *Exercitor* dicitur, qui vocabulo inter mercatores recepto appellatur *der Schiffs-Rheder*; & cum plerumque plures sint, qui in expeditionibus maritimis

Quis Exercitor sit?

A 2

navem

138
 2
 navem conjunctim exercent ad commune lucrum & da-
 mnum, hinc etiam appellantur *Schiffs-Freunde*, Vid.
Ord. Nautic. & jus marit. Civit. Hanseat. tit. 2. art. 2. &
3. Idem occurrit in Statut. Hamburg. P. 2. T. 13. Ille qui
 navi mercibusque transferendis præponitur, in jure no-
 stro appellatur *Magister navis* l. 1. §. 4. & 5. ff. b. t. quem
 aliqui appellant *Schiffs-Factor*. Verum cum hic *Magi-*
ster simul navi præponatur, ut hujus curam habeat, in-
 de vulgo appellatur *der Schiffer* sive *Naclerus*, uti appa-
 ret ex dicta *Ord. Naut. Hanseat. Tit. 3. & Statut. Ham-*
burg. Part. 2. Tit. 14. Illi vero qui merces transportandas
 Magistro sive *Naclero* committunt, vocantur *die Bes-*
frachter. Stat. Hamb. P. 2. Tit. 15. Aliqui etiam sub ap-
 pellatione *Magistri navis* comprehendunt *den Schiffs-Ca-*
pitain, quod admitto, si simul mercibus transportandis
 præpositus, non si soli armaturæ nauticæ, & defendendæ
 navi contra insultus *Pyratarum*, quamvis & hoc casu cer-
 to modo vices *Magistri* sustineat.

Quis Magister
navis?

De Capitaneo
navis.

Naclerus
quando pro-
prie fit Magi-
ster?

Lex præposi-
tionis?

§. III. De cetero ut usus hujus tituli ad praxin
 maritimam rite deducatur, casus hic supponendus est,
 ubi ipsi *Exercitores* aliquem navi præficiunt, ut hic in
 commodum *exercitorum* contrahat cum *mercatoribus*,
 qui merces suas trans mare vehendas cupiunt, ut adeo
 contractus omnis directo tendat in utilitatem *Exercito-*
rum. Cum enim ad hos perveniat utilitas, justum quo-
 que est, ut ex facto sui *magistri* vel *nacleri*, juxta præpo-
 sitionis legem contrahentis, obligentur. Et huc perti-
 net *Ordinatio Hanseat. tit. 2. art. 2.* ubi agitur de *ex-*
ercitoribus *naclerum* assumptibus, quod illi *naulum*
 in omnes aquas navigabiles constituere debeant, ut hoc
 prævio *naclerus* cum reliquis officariis nauticis de mer-
 cede convenire, atque hac in parte omnium *exercito-*
rum commoda promovere possit. Ubi insuper in *Ar-*
tic.

Ar-
tic.

157

DE EXERCITORIA ACTIONE.

tit. 3. Exercitoribus injungitur, ut quam primum nauclerum conduxerint, accuratas, claras & perspicuas conventiones, pacta & transactiones cum ipso ineant, quibus sub juramento satisfacere tenetur; & hæc revera est *Lex præpositionis* juramento confirmata, juxta quam postea rationes exercitoribus reddendæ. Quod si huic Legi præpositionis exacte non satis fecerit, Exercitores jus habebunt hunc nauclerum dimittendi, etiamsi hic partem navis habeat, modo pro hac parte justum ipsi pretium offeratur, *Ordinat. Hanseat. tit. 2. art. 4.* Vid. Reinold. Kuricke *in Comment. ad jus marit. Hanseat. d. art. 3. p. 24.* ubi hoc juramentum a naucleris præstandum in defuetudinem abiisse existimat: Ego tamen hoc arbitrio exercitorum relictum existimo, an cum vel sine juramento navis curam alicui committere velit. Nam contractus quoscunque juramento confirmare fas est.

§. IV. Alia vero ratio est, si ipsi Exercitores navem pro certo pretio Nauclero locent, ut ille postea in sui lucrum & damnum merces transvehendas recipiat, vel aliter cum ipsis contrahat, tunc non ipsi Exercitores, sed *Magister* ille, seu *Nauclerus* tantam obligatur. Et huc plerique articuli *Stat. Hamburg P. 2. Tit. 15. art. 3. & seqq.* pertinent. Et in specie in *Art. 7.* disponitur, si nauclerus necessitate quadam adigatur vel aliquid vendere, vel pecuniam mutuo accipere *auff den Boden des Schiffs*/ hoc est sub hypotheca navis, tunc ipse Nauclerus satisfacere debet creditoribus, nec quicquam de exercitorum obligatione ibi subjicitur. Simile quicquam habetur in *art. 9. 10. 11.* ubi non de exercitoribus, sed naucleris a mercatoribus conveniendis agitur. Nisi tamen pro nave conservanda & reparanda contraxerit, quo ipso, cum Exercitorum causam meliorem reddiderit,

Quid si tota navis Nauclero ab Exercitoribus locata?

6 sine dubio illi ex hoc contractu exercitoria actione te-
nebuntur.

Magister
quandoque
simul est Exer-
citor,

Modus itine-
ris præscribi
solet.

§. V. Ur vero ejusmodi Navicularius eo majorem
curam navis gerat, communiter illum ad hoc constitue-
re solent, qui jam partem in illa nave habet, & ita simul
Exercitor est; Hunc enim reliqui exercitores eo com-
modius ad damni reparationem adigere possunt, si le-
gem præpositionis exacte non observaverit, quæ potis-
simum hoc casu in eo consistit, ut ipsi præscribatur,
quomodo iter nauticum suscipere, continuare & ad
quem portum appellere debeat: Præcipue vero an so-
lus, an cum aliis navibus conjunctim mit einer gemach-
ten Admiralschafft de quo in Statut. Hamburgens. P. 2. tit.
14. §. 41. & 42. vel etiam cum nave præsidiaria mari se
committere debeat, ob er mit Convoy, oder ohne Convoy
in See gehen solle: Si enim in itinere nautico hanc le-
gem præscriptam observaverit, & navis illa perierit, vel
a pyratibus ablata fuerit, damnum hoc, quantum ad ipsam
navem peremptam, est Exercitorum. Quantum vero ad
merces ablatas hoc ipsorum mercatorum est, quibus
antea ab exercitoribus vel ab ipso Naclero expositum,
qua ratione navigationem dirigere debeat, quod com-
muniter instrumento assecurationis *Police* dicto, inseri-
tur. Naclerus enim extra culpam est, si legem sibi præ-
scriptam observaverit, & ita navis cum mercibus perie-
rit; hinc etiam a periculo immunis erit.

Quid si con-
suetudini loci
se conforma-
verit Naucle-
rus, & ita da-
mnum passus
sit?

§. VI. Graviter autem in facto non ita pridem
Hamburgi disputatum est de casu, ubi assecuratores certi
periculum navis cum mercibus ex Portugallia Hambur-
gum tendentis, in se receperant, ita tamen, ut vi con-
tractus assecurationis Naclerus navigationem non su-
sciperet, nisi sub ductu navis cujusdam bellicæ, daß er
mit Convoy von Port absegeln solle / & cum naclerus
per-

157

DE EXERCITORIA ACTIONE

percepisset, navem præsiariam adesse, & naves in proxima maris statione auff der Rhede expectare, ad illam se conferre destinavit, cum aurem interea ob subortam tempestatem navis illa præsiaria ulterius se in mare conferre compelleretur, ita ut nauclerus non mox se tutelæ illius committere posset, inrecepta est ejus navis à prædatore quodam maritimo Gallico von einem Frankösischen *Caper*; Quæstio itaque suborta est inter Assecuratores & Assecuratos, an Nauclerus Legi in contractu asssecurationis præscriptæ satisfecerit, an contra officium suum peccaverit, ob er mit *Convoy* gegangen sey oder nicht? Asssecurati pro se allegabant consuetudinem maritimam, sc. durch die *See-Coustume* illic loci introductum esse, ut cum naves præsiariæ se in portum ipsum conferre non possent, subsistant in proxima maris statione, velo certo expanso, quod indicium esset naucleris, paratum esse gubernatorem navis ad recipiendos in tutelam, quotquot se eidem junxissent. Asssecuratores allegabant, hanc consuerudinem facti esse, nec hæctenus sufficienter probatam; insuper conventionem opus esse cum hoc Gubernatore navis præsiariæ mit dem *Convoyer*, quo pacto, quibusve conditionibus alias naves in tutelam recipere vellet; quæ cum cessent, non posse dici, nauclerum contractui satisfecisse, daß er mit *Convoy* vom *Port* abgeseget sey. Interim tamen pro consuetudine illa pronunciatum fuit Anno 1707. in *Collegio Admiralitatis Hamburgensi*, quod allegata consuetudo sufficienter probata, & hinc conspectus illius navis præsiariæ excusaverit nauclerum, quod ad illam tutelæ causa se contulerit, licet tempestate impeditus eo pervenire non potuerit. Nec enim stetit per ipsum, quod vi tempestatis impeditus scopum assequi non valuerit.

§. VII.

An esutio pro
nave conser-
vanda exigi
possit?

De imperitia
Naucleri pu-
nienda.

De navi a py-
ratis invasa.

§. VII. Antequam vero ad jus Romanum progre-
diar, hæc adhuc ex jure maritimo quasi per indicem ad-
ducenda; non posse Exercitores a Nauclero cautionem
exigere pro navi conservanda, nam pari jure hic ab
Exercitoribus exigeret cautionem pro vita sua. Jus
Wisbycense *art. 76.* quod tamen temperandum, nisi a
Nauclero de culpa vel dolo circa navem non commit-
tendo exigatur cautio. Reinhold, Küricke *ad jus Marit.*
Hanseat, tit. 2. art. 3. in fin. De cetero nauclerus pi-
xidus nauticæ, maris & aquarum navigabilium, navem-
que ducendi & gubernandi, nautasque regendi peritus
esse debet; Alias si pro tali se gesserit, propter solam im-
peritiam pœnæ subjiciendus. *Ordinat. Hanseat. Tit. 3.*
art. 1. nec enim navigandi artem profiteri debet, qui
illam ignorat, nam & vita nautica professio est *L. Cum*
Navarehorum 6. C. de Navicular. Stracha *de Naut. P. 3.*
num. 33.

§. IIX. Si nauclerus a pyrata invadatur, & spes de-
fensionis supersit, nautæque se ad pugnandum para-
tos exhibeant, nauclerus autem dimicare nolit, tunc
postea hic inhabilis est ad ullam navem regendam, sed
infamis habetur, & ex omnibus civitatibus Hanseaticis
exulare jubetur *Ordin. Hanseat. tit. 3. art. 12.* Nam
& conductor alius, si adveniente exercitu resistere po-
tuit & non restitit, tenetur locatori, *L. Item quæri-
tur 13. §. exercitu 7. ff. locati* Quod si vero nau-
tæ ipsi nauclero dimicaturæ assistere nolint, & ita
navis ab hoste capta sit, ipse nauclerus extra pœnam
est, sed nautæ relegatione vel in corpore puniendi
Stat. Hamburg. tit. 14. art. 43. & in specie in infami
quodam loco virgis illos castigandos esse, dispositum
est *in Ord. Hanseat. tit. 4. art. 28.* Interim tamen, si
nautæ in hoc conflictu debilitationem membrorum passi
sint,

sint, sanandi sunt, contribuentibus illis, quorum merces servata: Quodsi penitus inhabiles redditi, tunc ad dies vitæ de alimentis ipsis prospiciendum *Ordinat. Hanseat. tit. 14. artic. 3. add. Stat. Hamburgens. lib. 2. tit. 14. art. 41.* Ne autem temere se prælio committant, deliberatio primum cum aliis, qui in navi sunt, instituenda a Nauclero, an pugnandum sit, an hosti cedendum. Benevenut, *Stracha de Naut. p. 3. n. 50.*

§. IX. Si Nauclerus vi tempestatis adactus in portum se contulerit, quorsum iter destinatum non erat, mercatores vero merces suas ibi deponi desiderent, mercedem integram nauclero præstabunt, pariter, quam si ad locum destinatum navis pervenisset. Quod si vero nihilominus merces ad locum ab initio destinatum transvehi desiderent, nauclerus hoc quidem suis expensis facere tenetur, ast mercatorum periculo, qui etiam telonium in illo portu præstandum solvere tenentur. *Ordinat. Hanseat. tit. 3. art. 17.* Quomodo autem nauclerus circa instruendam navem se gerere debeat, uberius exponitur in *Ordinat. Hanseat. tit. 5.*

§. X. De damno a navibus sibi obviam factis dato, ita cautum est, ut quisque nauclerorum cum nautis suis juret, quod naves non studio, sed casualiter collisæ sint, quo casu damnum æqualiter reparandum, sive interdiu sive nocte idem contigerit. *Ordin. Hanseat. tit. 10. art. 1.* Aliud ergo foret, si gubernator, vel ductor navis alterius hoc evitare potuisset, sic enim in hunc danda est actio legis Aquil. *L. 29. §. Si navis 4. ff. ad L. Aquil.* Quodsi vero navis una jam in portu sit, aut in statione sua consistat, & alia navis velis explicatis navigans, illam damno afficiat, tunc nauclerus navis illius, quæ damnum intulit, hoc resarcire debet, in quantum bona ejus sufficiunt; alias ex pretio navis damnum dan-

Quid si nauclerus vi tempestatis in alium portum delatur?

De damno a navibus sibi obviam factis dato.

10

tis reparatio facienda. *Ordinat. Hanseat. Tit. 10. art. 2.*
 Quod si autem utraque navis anchoris alligata sit, & vi tempestatis ruptis funibus altera in alteram, quæ adhuc in loco suo anchoræ juncta est, irruat, tunc si utraque navis damno afficiatur, judicio peritorum rei maritimæ hoc ab utraque parte refarciatur, si vero navis illa, quæ anchoris soluta, damnum patiat, non tenetur ille, cum cujus nave collisa est, damnum refundere *Ordinat. Hanseat. tit. 10. art. 3.* Referenda etiam huc est decisio juris nostri ex *L. 29. §. 3. ff. ad L. Aquil.* si scilicet navis vi ventorum impulsæ in funes anchorarum alterius, & nautæ funes præcidissent; Si nullo alio modo nisi præcisis funibus explicare se potuit, nullam actionem dandam esse; nisi culpâ nautarum hoc factum sit.

Exercitoria
 actionis non
 fit mentio in
 LL. maritimis.

§. XI. Ceterum, quod mireris, in allegatis hactenus legibus maritimis nihil de *exercitoria actione* occurrit in specie, quod quidem quoad vocem ipsam mirum non est, cum tunc temporis jus civile parum innotuerit, & hinc quoque exercitoria actio, quam pariter jus Can. ignorat, tunc ignota fuit. Imo etiam si jus Civile in aliis causis jam innotuerit, nauticarum tamen legum conditores magis ad praxin maritimam & receptos navigantium mores respexerunt, quam ad Leges Romanas, ut hinc omnino huc referenda sit *L. de precatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* ubi licet Imperator sit mundi dominus, attamen LL. maritimas in suo vigore reliquit, & juxta illas controversias nauticas decidi voluit.

Cur regressus
 contra exerci-
 tores non fiat
 mentio?

Quod vero nec tacite hujus actionis mentio fiat, seu de regressu contra exercitores ex facto! Magistri seu naucle-
 ri vix quicquam occurrat, hæc sine dubio est ratio, quod mercatores navi certæ merces suas commissuri, prius diligenter inquirere soleant, quis ille Magister, sive nau-
 cle

clerus sit, cui navis concredita; quod si hunc virum bonæ famæ & rei maritimæ peritum viderint, non exercitorum sed hujus fidem sequuntur, dum cum hoc contrahunt, & hinc si officio suo non satisfecerit, damni reparationem petunt. Cum enim ipsi personam hujus Magistri semel approbaverint, illam postea improbare, & factum ejus exercitoribus imputare nequeunt. Et eatenus admitti posset illorum sententia, qui nomina actionum institoriarum & exercitoriarum in desuetudinem abiisse existimant, quos adducit *Christinæus Vol. 3. Dec. 33. n. 12.* quamvis forte commodius dixissent, hanc actionem usu receptam non esse.

§. XII. Interim nullus dubito, si Magister navis ab exercitoribus constitutus sit, & mercatores illius fidem in specie non approbaverint, sed potius horum fidem secuti sint, & hic Magister etiam seu Naucclerus non in sui, sed exercitorum gratiam contraxerit, nec LL. præpositionis excefferit, adhuc hodie huic actioni locum esse debere, sicut & de praxi hujus actionis non dubitat *Marquardus de jure mercatura lib. 1. Cap. 8.* qui licet juris etiam nautici peritissimus fuerit, non tamen praxin illius actionis superesse negat.

§. XIII. Jam ad jus Romanum propius accedo, illa hic adducturus, quæ hoc jure disposita, sed quoad praxin dubia sunt. Disquiritur itaque, quis ad hoc obligetur, si Magister navis, vel naucclerus telonium non solverit, & ita merces in fiscum redactæ, an si Magister solvendo non sit, damnum hoc sustinere debeant illi, quorum merces transvehendæ die Frachter / an ipsi exercitores die Rehder? Varie quidem de hujus casus decisione disputant, & dominum mercium a confiscatione immunem pronunciavit Camera, teste *Klock. de Vectigal. tb. 87.* itidemque curia Pedemontana, teste *Caspar.*

163

Antonio Thesauro *Decis. Pedemont. qu. 57.* sed cum hæc decisio in foro adhuc valde dubia sit, vid. Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 6. n. 165.* Franc. Niger. *Cyriac. controu. for. 356.* Gvaz. *de de confisc. bon. concl. 13. ampl. 82.* Dn. Schilt. *ex. 42. §. 60.* nec ignota etiam publicanorum rapacitas, qui hoc solum ad mercium confiscationem sufficere credunt, quod nemo illarum nomine vectigal professus sit; nec solliciti sunt, an mercator, an Naucleus, an exercitor in culpa sit, res simplici quadam decisione vix expediri potest. Fecit hoc quidem Carpz. *P. 2. Dec. 133.* damnum hoc ex culpa Magistri redundans ipsis Exercitoribus adscribendo; hæc tamen decisio vix quadrabit casui in fine ab ipso Carpzovio subjecto. Quapropter distinguendum est, an naucleus navem conduxerit ab ipsis exercitoribus, & ita in sui commodum cum mercatoribus circa merces transvehendas contraxerit, tunc si in illo contractu etiam vectigalis professionem & solutionem receperit, nulla ratio subest, quæ exercitores ad damni reparationem, si naucleus contractui cum mercatoribus inito non satisfecerit, adstringat. Si ergo ab ipso naucleero recipere non possint pretium mercium fisco addictarum, ipsi tanquam domini hoc damnum in re sua contingens sustinebunt. Et huc pertinent rationes dubitandi, quas in *Responsio d. Decis. 133.* adducit Carpz. quas merito pro nobis loco rationum decidendi allegamus: Weil die Kauffleute mit dem Magistro navis selbst einen Fracht-Brieff auffgerichtet / davon die Schiffs-Neher keinen Gewinnst zu gewarten / und sich also um die Verzollung nicht zu bekümmern hätten / als könnten um so viel weniger die Exercitores wegen des Schiffers begangenen Betrugs und Unterschlagung der Waaren vor sich selbst beklaget werden. An vero Naucleus navi præpositus sit, ut in commodum ipsorum

rum

rum Exercitorum cum mercatoribus contrahant. Hoc casu cum de eo mercatoribus constet, sine dubio fidem Exercitorum secuti sunt; Magistro autem navis, sive Nauclero sine dubio commissum fuit, ut non tantum navis & mercium, sed etiam vectigalium præstandorum accuratam habeat curam, dum ergo hanc legem præpositionis non servavit, negligentia ejus non mercatoribus, sed exercitoribus obesse poterit, quippe qui ex delicto Magistri & nautarum tenentur §. *item exercitor* 3. *Instit. de Oblig. ex quasi delict. L. 5. §. ult. ff. de O. & A. L. 1. §. 2. b. t.* Et ad hunc casum pertinet ratio decidendi Carpzoviana *d. Decis. 133. in fin.* Weil die Fracht-Briefse denen Exercitoribus zu gute gehen / und ihnen von den Schiffmeistern berechnet werden müssen / und in Rechten klar versehen / daß wegen des Schiffmeisters und Schiffleute Verbrechen / auch die Exercitores in Anspruch genommen werden können / so seynd daher die Exercitores den mit ihnen bestalteten Schiffmeister auch in frembden Landen geschlossenen Fracht-Brieff nachzukommen / und den durch ihren Magistrum navis, wegen ihres verschwiegenen Zolls und daher erfolgten confiscation verursachten Schaden / zu ersetzen schuldig.

§. XIV. An autem Nauclerus adversa tempestate in alienum portum delatus, cum ad navigandum prosperior flatus invitaret, vocatis loci publicanis obtulerit vectigal solitum, secundum pondus mercium alibi aestimatum, & publicani recusaverint recipere, si e portu discesserit navi onusta mercibus, merces ceciderint in commissum, de eo vid. Benevenut. Stracha *de Naut. P. 5.* & in negativam inclinat, cum publicanis ignotum esse non possit, Naucleros, si illos prosperior flatus ad navigandum invitet, & dimissa navigatione in portu permaneant, hos ad omne damnum ex mora contingens

De navi vi tempestatis in alium portum delata, an ob vectigal detineri possit?

gens teneri. Quam ob causam cautum est in *L. fin. C. de Navicular.* quod si naves instante hyeme in alium portum delatae, prosperiori flatu existente à Magistratu detineantur, damnum ab ipsis municipibus refundendum esse. Add. Stracha *Tr. de Naut. P. 3. n. 5.*

An plures exercitores teneantur in solidum?

§. XV. Si plures exercitores Magistrum navigationi praeposuerint, expeditum est de jure Romano, singulos teneri in solidum. *L. 1. §. 13. b. t.* quam dispositionem injustam pronunciat Grotius *de Jure Belli & Pac. lib. 2. c. 11. §. 13.* cum æquum sit, ut singuli pro suis partibus conveniantur, praeterea quoque à respectu utilitatis hoc recedere putat, cum ita absterreantur homines ab exercendis navibus, si metuant, ne ex facto Magistri quasi in infinitum teneantur. Sed quod pace hujus viri dictum sit, ex amore erga jus patrium, Belgicum scilicet (ubi dispositio contraria recepta est *Loccen. de jur. marit. lib. 3. c. 7. n. 10.* Franc. *Stypmann. de jure marit. lib. 4. c. 15. n. 190.* Marquard. *de jure mercat. lib. 1. c. 8. n. 39.* minus æquum censorem juris Romani egit, quod tamen justa ratione nititur: Multa hic sunt recepta in utilitatem singularem navigantium *L. 1. §. 5. b.* & si singulos Exercitores pro rata teneri diceremus, absterrentur homines à contrahendo cum Magistro navis, si pro unius facto in tot debitores se distringi videant. Et quid si postea unus alterve non sit solvendo? Neque enim semper integrum est navigantibus, explorare, an plures an unus sit exercitor navis. Et sic pro Jure Civili in Curia & Senatu Lubecensi in causa Stralsund. de Anno 1651. d. 16. April. pronunciatum refert Marquard. *de jure Mercat. lib. 1. c. 8. n. 39.*

Exercitor teneatur ex Magistri substituti facto;

§. XVI. Illud vero valde singulare est, quod Exercitor non tantum teneatur ex Magistri sui, sed etiam substituti ejus facto, licet vel maxime substituendi jus spe,

spe,

speciatim Magistro interdictum fuerit, quod ob utilitatem navigantium receptum dicitur in *l. 1. §. 5. b. t.* cum navigantibus non semper integrum sit, explorare conditionem ejus, qui navigationi præpositus est. Quamvis enim exercitor alius non teneatur exacto Magistri, si contra formam præpositionis contractum sit *l. 1. §. 12. seq. b.* Illud tamen magis intelligendum de forma negotiationis, non de hac prohibitione substitutionis, Struv. in *Decis. Sabbath. c. 28. Decis. 7.* Cum itaque & favor commerciorum huic sententiæ faveat, qui hodie quoque iis non denegandus, merito idem quoque adhuc hodie obtinere existimandum videtur, vid. Stypmann, de *jur. marit. c. 15. n. 119.* Verum cum Stypmannus *alleg. loc. se in meris LL. Rom. fundet*, nec ad LL. maritimas provocet, omnino dubitandum, an hæc libertas substituendi Magistro relicta? Personæ enim ejus industria hic electa, hinc ipsis Exercitoribus injungitur, ut non nisi rei nauticæ peritum navi præficient. *Ordinat. Hanseat. tit. 3. §. 1.* & huic cura navis ita commendatur, ut ne quidem per unicam noctem discedere ex navi posset sub pœna arbitraria; Si vero necessitas exegerit per noctem discedendi, non datur ipsi potestas alium navis directorem constituendi, sed inspectionem interim committere debet Proretæ dem Haupt Boffmann & aliis officariis nauticis, quotquot ad hanc inspectionem opus est. *Ordinat. Hanseat. Tit. 3. art. 3.* Cum ergo sola navis cura his interim committenda sit, facile apparet, facultatem contrahendi huic Proretæ substituto non competere, ut hinc existimem, hodie ex praxi maritima vel substitutionem esse licitam, vel potestatem substituendi Magistro ab Exercitoribus, *expresse concedendam esse.*

An praxis maritima Submagistrum admittat,

An Magister ipse possit conveniri?

§. XVI. Ceterum non tantum ex contractu Magistri ipsi Exercitores obligantur, sed & Magistrum navis durante officio conveniri posse, satis certum est, ita ut creditori relicta sit electio *l. 1. §. 17. b.* Sed finito officio, solus Exercitor tenetur, adeoque heredes Magistri nullo modo amplius conveniri possunt. Sand. *lib. 3. tit. 7. def. 1.* nisi alia concurrat ratio, quæ ipsum Magistrum ex facto proprio adstringat. Hanc tamen electionem moribus nostris non obtinere volunt Simon van Leuven *cons. for. Lib. IV. c. 3. n. 10.* Cypr. Regner. *b. t.* Verum hic repetenda est distinctio, quæ superius §. 3. & 4. proposita: An Magister navis pro certo locario in sui commodum navem ab Exercitoribus conduxerit, quo casu solus Magister obligabitur Mercatoribus, qui cum ipso de mercibus transvehendis contraxerunt: An vero in Exercitorum commodum scientibus Mercatoribus contraxerit, ubi omnino electio his relinquenda, an contra Exercitores, an Magistrum agere velint. Utilitati enim navigantium & favori commerciorum id valde conveniens est, ut eo promptius suum consequantur, unde quoque in Institoribus idem hodie obtinere tradit Hahn. *ad Wesenb. de instit. act. n. 6.* & jure Prutenico quoque hoc receptum est *lib. 4. tit. 18. art. 3. §. 1. conf. Schilt. Ex. 27. §. 9.*

An exercitori contra vectores actio competat?

§. XVII. Non autem, quemadmodum vectoribus contra Exercitorem competit actio, ita quoque huic contra illos de Jure Civili datur, quia eodem auxilio indigere non videbatur *l. 1. §. 18. ff. b.* sed sufficiebat quod cum Magistro navis agere posset, vel ex locato vel mandato, prout cum Magistro contraxerat. Ex æquitate tamen aliquando Præfectus Urbi extra ordinem solebat subvenire exercitori contra vectores *l. 1. §. 11. de offic. pref. urb.* Vel etiam in casu necessitatis in subsidium daba-

dabatur actio in ipsos vectores, veluti si Magister navis non est solvendo, vel aufugerit, ut cedere exercitori non posset actiones, quæ limitatio cum recepta sit in actione institoria *l. 1. in f. l. 2. ff. de inst. act.* pariter quoque in exercitoria obtinebit. Cum vero huic dispositioni juris Romani hic sine dubio ansam dederit, quod alteri per alterum non possit acquiri obligatio §. 18. 7. d. inutil. stipul. & sic nec actio exercitori per Magistrum; hoc fundamentum vero hodie repudiandum sit, uti ostensum *ad tit. de pact. §. 12.* non improbabili- liter dici posset, hodie jus agendi per Magistri contra- ctum acquiri exercitori, hoc effectu, ut absque ulla cessione ordinariæ agere possit contra contrahentem cum Magistro.

TITUL. II.

D E

LEGE RHODIA DE JACTU.

§. I.

Civitas Rhodiorum, & insulæ opportunitate & ope- rum nobilitate & navigandi solertia celebris olim fuit, A. Gell. *in noct. Att. lib. 7. c. 3.* qua peritia navi- gandi invalescente, legibus quoque navalibus aptissimis & æquis- simis uti cœpit, quæ apud omnes fere incredi- bili consensione in pretio summo habebantur, ut non mirandum sit, ut etiam apud Romanos reciperentur Cujac. *ad rubr. b. Marqu. de jure mercat. lib. 3. c. 3. & in Appendice g. 674. & seq.* hinc illarum LL. auctoritas in rebus maritimis ab ipsis Impp. agnita fuit, *l. 9. ff. b. t. de cujus legis intellectu vid. Stypman. de jure marit. lib. 1. c. 6. n. 106. & seq.* Sicut & jus Can. ad illas provocat *in Can. fin. distinct. 2.* Collegit potiora harum legum ca-

Origo legis
Rhodiæ.

C

pita

Jus nauticum
Wisbycense.

pita Marquard. *cit. l.* easque ordine ex Peckio recenset Petr. Müller. *in not. ad Struv. Ex. 20. §. 16. lit. a.* Postea vero cum insula Rhodus a Turcis Anno 1522. occupata esset, translatum hoc Jus nauticum ad Civitatem quandam insulae Gotlandiae *Wisbue* dictam, de qua civitate vid. Olear. *in der Persian. Reisebeschreibung lib. 2. c. 3.* Hinc ex eo tempore celebrari coepit *Jus Nauticum Wisbycense*, de quo testatur liber antiquus, cui titulus: *Waterrecht / dat de Koopluden und Schippers gemacket hebben t ho Wisby.* conf. Conring. *de orig. Jur. German. c. 19.* Has leges Wisbycenses tantam in se continere aequitatem & prudentiam, censet Grotius, ut omnes oceani accolae eo non tanquam proprio, sed veluti Gentium jure uterentur. Sunt & praeterea hodie alia statuta nautica a civitatibus Hanseaticis congesta, & denuo anno 1614. in conventu publico Hanseatico aucta, & illustrata, quae exhibentur a Mevio *in calce Comment. ad jus Lubec.* easque cum Commentario edidit Reinold. Kuricke *de jure Hanseatico.* Plerique autem articuli hujus juris maritimi Hanseatici sunt desumpti partim ex legibus antiquis Rhodiensibus, partim ex statutis nauticis Wisbycensibus, aliisque Regum ordinationibus, Schottel. *de antiq. in German. Jur. c. 25. inf.* ut adeoque non dubium sit, quin quoque leges Rhodiae *de jactu* ob singularem suam, qua pollent, aequitatem, in viridi sint observantia.

Leges nauticae
Hanseaticae.

Quae ratio in
jactu obser-
vanda.

An consensus
mercatorum
in jactu requi-
ratur?

§. II. Tota autem ratio Legis Rhodiae in eo occupatur, ut si tempore naufragii jactus factus sit, damnum hoc ab omnibus resarciatur pro rata, quorum res sunt servatae, secundum regulam aequitatis, quae exigit, ut ab omnibus resarciatur, quod pro omnibus datum est *l. 1. l. 2. b.* Constare autem ante omnia debet de ipsa *necessitate*, quem in finem exploranda prius mercatorum

voluntas, vel si dissentiant, & tamen Magister navis cum aliis nonnullis nautis, utpote constantiorem hujus rei peritiam habentibus, necessarium jactum judicaverit, dissensus vectorum non attenditur *vid. LL. naval. Wisbycens. art. 20. seqq.* ubi ita disponitur: Da ein Schiff in Noth gerethe / so daß der Schiffer begehrte / daß man Gut werffen solte / so soll er dennoch nicht werffen / ehe und bevor er sich mit den in Schiff verhandenen Rauffleuten beredet / und deren Gutdüncken darüber vernommen. Will dann der Rauffmann nicht zulassen / daß man werffen soll / der Schiffer aber und zwey oder drey von seiner Schiff-Volck für gut befinden würden / daß besser gethan sey zu werffen / als Schiff / Leib und Gut zu verliehren / so mag der Schiffer wol werffen / und soll solches nicht unterlassen / und begehrte es der Rauffmann / da sie zu Lande kommen / so sollen zwey oder drey von dem Schiff-Volck schweren / daß es die Noth also erfordert habe. Idem vero repetitum in Statut. Hamburg. P. 2. tit. 16. §. 1. Ceterum in ipsis rebus ejiciendis delectus habendus, ita scilicet, ut res majoris ponderis minorisque pretii ejiciendæ sint; Interdum tamen periculi gravitas nec hunc delectum semper admittit, adeo ut in tali statu jactus earum rerum fieri possit, quæ proxime ad manus sunt, licet vel maxime pretiosiores fuerint, modo illarum rerum jactus ad levandam navem quid conferat, alias enim frustra fieret ejectio.

§. III. Ex jactu facto oritur obligatio singulorum ad contributionem pro rata *l. 2. b. t. quod ex Lege Rhodia repetitum, in jure Hanseatico nautico tit. 8. art. 1.* his verbis: Ist ein Schiffer in Wassers-Noth / also daß man Güter außwerffen muß / solcher Schade der geworffenen Güter gehet über Schiff und Gut / welches im Schiff erhalten wird / dergestalt daß die Schiffs-

Obligatio ad
contribuen-
dum.

Freunde und auch der Rauffmann denselben ein ieglicher an seiner quota, so viel er an Schiff und Gut haben mag / bezahlen muß / als das Gut gelten möchte in dem Hafen dahin sie zu segeln bedacht waren / da dann auch also fort bald die Vergleichung und Bezahlung geschehen soll. Cum itaque in portu demum hæc contributio fiat, inde ipsa dici coepit, *Havaria* das *Haveren*-Recht. Schottel. *de antiq. in Germ. jur. c. 21, §. 2. 3.* Hahn. *ad Wesenb. b. t.* Sed recessit ab hac opinione Schilt. *ex. 27. §. 28.* putans sub *Haveria* merces conferendas intelligi, ex voce *habe* / ut ita potius legendum videatur *Haveren* / quasi congeries mercium. Sed tolerari posset derivatio, si *Haveren* scriberetur per *Haveren* / vox *habe* in Saxonia inferiori dicitur *hase* / id quod tamen communi lectioni repugnat. Quicquid sit, ex *alleg. art. 2. Jur. naut. Hanscat.* apparet, per *Havariam* intelligi ipsam contributionem, quod vel rubrica præmissa von *Seewurff* und *Haveren* / indicat.

Contributio
facienda et-
iam de rebus
pretiosis.

§. IV. Veniunt itaque in tributum omnes res per jactum servatæ, etiam si non multum navim onerent *l. 2. §. 2. b.* Hinc & de illis rebus pretiosis, quas aliquis secum etiam clam tenet, contributio præstanda, pariter sicuti alii mercatores de rebus suis servatis illam præstant. Qua de re ita in Statut. Hamburg. *P. 2. tit. 16. §. 3.* Hat iemand baar Geld / Perlen / oder Edelgestein bey sich in dem Schiff / und man aus Noth werffen muß / er sage dasselbe von sich oder nicht / so sol er gleichwol nicht desto weniger / andern / die Güter in dem Schiffe haben / gleich / *Haveren* geben und bezahlen. Singulare tamen hoc est in LL. *Wisbycensibus tit. 38. §.* Da aber / ubi statutum, si quis res pretiosas in arca habeat, illasque tempore imminentis naufragii eximat, & circa corpus cingat, quod illarum rerum nomine nihil contribuere debeat, quod

quod tam juri Romano, quam rationi Legis Rhodiae minus congruit; sufficit enim, quod ob jactum aliorum has res servaverit, unde etiam in *LL. Hanseat.* hoc repetitum esse non invenio. Confer. Marquard. *de jure Mercat. lib. 3. c. 4. n. 17.* Pro cautela interim observandum est illis, qui res pretiosas in cista clam reconditas habent, ut illas ante naufragii periculum indicent, alias illarum nomine contributionem exigere nequeunt. Vid. *jus Wisbyc. tit. 38. §.* Da auch einer. *Loccen. de jure marit. lib. 2. c. 8. §. 9.* Marquard. *d. c. 4. num. 29.*

§. V. Porro & ipse Nauclerus contribuere debet de navi sua servata. Quod etiam approbatum in *Legibus Naut. Wisbyc. cit. l.* Es soll auch der Schiffer von dem Schiffe oder seiner Fracht / wie der Kauffmann von sein Gut geben / was der Kauffmann kiesen oder wehlen wird / und wie der Schiffer sein Schiff sezet / das mögen die Kauffleute davor nehmen auf eine Zeit. Secundum *LL. Hanseat.* aestimatio navis fit hac ratione, ut Nauclerus ipse navem suam aestimet pro certo pretio, sed ita, ut mercatoribus reliquis ad contributionem obligatis electio relinquatur, an pro hoc pretio navem retinere, an Nauclero relinquere velint. Vid. *Ord. Hanseat. tit. 8. art. 3.* ubi simul subjicitur, daß auch des Schiffers Fracht so wohl von den Gütern / welche geworffen / als behalten worden / mit in Anschlag gebracht werden sollen.

§. VI. Facienda autem contributio secundum proportionem rerum in navi repertarum, ita ut amissae aestimentur, quanti emtae sunt, servatae vero, quanti venire possunt *l. 2. §. 4. b.* optimo temperamento, ne illi lucrum ex re peremta captent, cum his sufficere debeat, si damni reparationem consequantur; Hi vero cum tan-

tum lucri capiant, pro hujus quantitate recte conferent, quia in tantum illorum causa facta est melior. Hæc tamen æstimatio non ubique est eadem. Sic moribus Belgarum & Britannorum aliorumque obtinere tradunt, ut merces amissæ non pluris æstimentur, quam quanti entæ sunt, si jactus factus dimidio itineris nondum confecto: hoc vero superato, eo æstimentur pretio, quo loco destinato venditæ fuissent, Loccenius *de jure marit. lib. 2. c. 8.* Vinnius *not. ad Peck. b. t. n. 222.* Jure Wisbyc. *art. 20.* indistincte traditur: Was nun also geworffen / soll man bezahlen oder gelten / nach Marckgange / wie nemlich das ander Gut / so im Schiffe verhanden / im Marckte außgebracht wird / Pfennig oder Pfennings werth / wenn die Fracht davon bezahlt ist / quæ etiam sententia esse videtur *jur. Hanseat. nautici tit. 8. §. 1.* als das Gut gelten möchte in den Haven dahin sie zu segeln bedacht waren.

Conferra quoque
debet cu-
jus merces ja-
ctæ.

§. VII. Quod si itaque ab omnibus contributio facienda est, facile inde constabit, in partem quoque venire debere eum, cujus res sunt jactæ, ita, ut tantum ipsi detrahendum sit, quantum pretii secundum rationem mercium amissarum recepit. Struv. *ex. 20. th. 20.* Id tamen indistincte usu non servari tradunt Quintin. Weitzius *tr. van. averyen. §.* Welche dat Boork. Vinn. *ad Peck. not. ad l. 2. §. 4. b.* Sed quoque eadem distinctio hic plerumque servatur, quæ in æstimatione mercium amissarum supra tradita est, ita ut si dimidio itinere nondum confecto, jactus factus sit, Dominus mercium jactarum ab obligatione contribuendi liberari debeat: Eo autem confecto, portionem damni quoque ferre teneatur. Hoc casu itaque distributio est facienda secundum regulas societatis, cujus rei schema evidens exhibet, Muller, *ad Struv. ex. 20. §. 19.*

§. II X.

§. 11X. Quando nunc quaeritur, qua actione u-
 si liceat contra convectoros ad contribuendum? Hoc
 quidem certum est, de jure Romano illos directo con-
 veniri non potuisse, *L. 14. ff. de P. V.* sed adversus Navar-
 cham agendum erat ex locato, ut ceterorum convectoro-
 rum sarcinas retineret, donec pro rata damnum resar-
 cierint *L. 2. pr. b.* vel ut actionem suam praestet. *arg. L. 16.*
§. f. de petit. heredit. de cujus praxeos ratione Romanae
 edisserit Schilt. *ex. 27. §. 24.* Certe moribus directo dari
 actionem contra convectoros vel eo minus dubium, quo
 magis certum est, convectoros efficaciter obligari ad
 contribuendum; quo posito, actio si non ordinaria, cer-
 te imploratio officii judicis, denegari nequit; Et cum
 haec contribuendi necessitas convectoribus tot legibus
 nauticis imposita sit, *condictio ex lege* dari poterit, confer.
 Brunnem. *ad L. 2 ff. b. t. n. 4.* Schilt. *cit. l. §. 25.* Id ta-
 men merito quoque in praxi receptum, quod juxta *L.*
5. C. de naufrag. Lib. XI. causae nauticae summarie tra-
 ctari debeant, quod & Ordinatione Lubecensi *des sum-*
marischen See=Gerichts Processes / & aliis legibus
 nauticis cautum; non eam ob causam, quod navigantes
 & mercatores sint personae miserabiles, ut putat Stra-
 cha *de naut. n. 5.* sed quod in utilitatem commerciorum
 & itinerum maritimorum, celeritatem postulantium,
 hoc merito recipi debuerit.

An hodie da-
 tur actio con-
 tra convectoro-
 res.

Causae nauti-
 cae summarie
 tractantur.

§. IX. De eo quoque frequenter hodie disceptatur,
 utrum haec actio etiam contra affecuratore, qui acce-
 pto pretio omnem vel certam partem periculi in se re-
 cepit, navi per jactum salva, institui ad contribuendum
 possit. *Von Bodmeren ist man nicht schuldig Have-*
ren zu bezahlen / quod jure Hamburg. P. 2. tit. 18. §. 2.
 receptum est, neque haec praemia ipsis Belgis videtur in-
 cognita, teste Wissenbach, *ad b. t. §. 5. ibi: Bodmerie ist*
geen

An affecura-
 tor teneatur
 ad contribu-
 endum?

Gen averie subject. Verum de jure Romano de hac sententia dubitari poterat, ob generalitatem *L. 2. §. 2. b. t.* ubi indefinite traditur: *Placuit, omnes, quorum interfuisset, jactum fieri, conferre oportere:* atqui sine dubio admodum interfuit asscuratoris, ne navis periret, quippe cujus interitus ejus periculo futurus fuisset. Si itaque dicendum, quod res est, primario quidem hac actione asscurator non convenitur, sed Dominus mercium, qui merces in navi salvas habet. Verum quicquid hic præstitit, illud asscurator eidem refundere tenetur. *Loccen. de jure maritimo Lib. 2. c. 5. n. 11.* Verum immediate non potest asscurator conveniri a Magistro navis dicta actione, quippe qui ex speciali contractu Domino mercium tantum obligatur, nec ullum negotium cum Magistro navis gesit. Quare fundamentum obligandi cessat quoad Magistrum navis, reliquosque convectores.

De Admirali-
tate, seu da-
mo in socie-
tate nautica
dato,

§. X. Quæ hætenus de contributione ob jactum dicta, pertinent ad naves solitarium iter suscipientes, quod *Grotius de jure Bell. lib. 2. c. 12. §. 4.* vocat *μονόπλοιαν*. Aliter se res habet, si societas nautica, sive *σύμπλοια* contracta, quæ est *navium privatarum coitio adversus piratas, aut alios invasores*, quam *Admiralitem* nuncupari, testatur *Grotius cit. l.* de qua materia plenius egit in introductione ad jus Belgicum *lib. 3. c. 22. Rubric. Van Admiralschap.* Confer. *Marquard. de jure Mercat. lib. 2. c. 11. num. 35.* in qua societate una alterave navis Architalassi sive Admiralii vicem sustinet, cujus officium est, ceteras imminente periculo in tempore præmonere, suppetias ferre, viamque per hostium classes aperire, de quo ulterius vid. *Stypman, de jure Marit. P. 4. c. 11. n. 48. & seq.* *Loccen. de Jure Marit. lib. 2. c. 2.* Si ergo illis, qui in hac societate sunt, da-

da-

damnum aliquod a piratis illatum fuerit, non tantum omnes ad defensionem concurrere, sed & si aliquid ablatum, vel Nautæ etiam in ipsa defensione vulnerati aut mutilati fuerint, damnum ab omnibus sociis pro rata refundendum, es soll gleich Haveren über Schiff und Gut gerechnet werden. *Vid. Statut. Hamburg. P. 2. tit. 14. art. 42.* Imo etiam, si aliquis ex Naucleris ex hac societate discesserit, wann er die Admiralschafft brechen würde / & ita aliis damnum contigerit, hoc de suo refundere debet, aut si in ære non habeat, luere tenetur in corpore *Statut. Hamburg. d. tit. 14. art. 41. Grot. introduct. ad jus Belgic. lib. 3. c. 22. §. penult.* ubi in fine addit, Nauclerum, qui fiducia velorum se liberare posse credit, & ita socios dimittit, nullam remunerationem petere posse, si capiatur a Pirata.

§. XI. Præterea recte dicitur in *L. 2. in f. b. t.* quod per jactum non amittatur jus ejus, cujus res antea fuerunt, adeoque nemini integrum sit, bona naufragorum occupare, sibi que illa adjudicare absque crimine furti, juxta *Constit. Friderici Imp. in Auth. Navigia C. de furt.* Et hoc intuitu inter corruptas & irrationabiles consuetudines hæc rapacitas refertur. *vid. Ord. Crim. Caroli V. art. 218.* so ein Schiffmann mit seinem Schiff verfähret / Schiffbrüchig würde / daß er alsdann der Obrigkeit desselben Orts mit Leib und Gütern verfallen seyn sollte. Et tamen apud plures populos, etiam Germanos, hoc jus vulgo das Strand-Recht in viridi olim fuit observantia, teste *Grotio de J. B. & P. Lib. 2. c. 7. §. 1. in not.* ubi de Rege Daniæ Christiano testatur, quod post abrogationem hujus rigidissimæ legis reditus ejus fiscales quotannis deminuti fuerint ad centum aureorum millia, *conf. Schottel. de antiq. in German. jure. c. 20. §. 4. Bodin. de Republ. lib. 1. c. 10. Arniseus de jure Majest.*

D

lib.

De iniquitate
juris des
Strand
Rechts.

lib. 3. c. 6. Cum vero iniquitas juris hujus satis manifesta sit, quicumque demum prætextus hanc in rem allegari soleat, in plerisque locis ab antiqua illa & satis depravata consuetudine recessum est, & ita in causa Hamburgensium contra Duces Holsatiæ pronunciatum esse testatur Gailius *1. observ. 18. n. 6.* Quin & præterea varia pacta de jure colligendi naufragia inter gentes eo nomine inita sunt, relata a Gryphiand. *de insul. c. 31. §. 114. seq.* & Loccen. *de jur. marit. lib. 1. c. 7. §. 10.* Confer. Lindenbrog. *Gloss. leg. antiq. voce naufragium.* Kurike *ad jus Hanseat. marit. tit. 9.* Hoc tamen quibusdam in locis receptum est, ut pro restitutione bonorum naufragorum certum pretium solvatur, quod vocant das Berge-Geld / de quo Besold. *in thes. pract. voce Berge-Geld.* Hermannus Latherus *de censu lib. 2. c. 11. n. 39.* quod jure Belgico observari tradit Grot. *introd. in jurispr. Belg. c. 29. §. jure marit. Hanseat. art. 13. tit. 4.* quoque fundatum, confer. Schottel. *cit. l. §. 10.* Quantum autem illi solvendum, qui merces in mare projectas ab interitu liberat, de eo provisum est *in Statut. Hamburg. P. 2. tit. 17. §. 5.* quod scil. ille, qui ex ipso mari cum aliquo sui periculo res projectas petit, illi tertia pars præstanda sit, quod si vero fortuito res ad navem ipsius appulsa, tunc vigesima pars ipsi assignatur.

Quid Barge-Geld?

Extensio legis Rhodiæ ad alios casus similes.

§. XII. Ceterum hodie ad hunc titulum variis in casibus recurri potest. Cum enim ratio Legis Rhodiæ sit generalissima, & aliis casibus æque applicari possit, hinc de varia extensione hujus materiæ cogitarunt Doctores, vel potius hoc principium, quod pro omnibus datum est, *sarciatur ab omnibus*, ad casus varios similes applicuere, quorum insignem apparatus collegit Dn. Lauterb. *diss. de equit. & extens. Legis Rhodiæ de jactu.* Sic notum est, quod Principi seu Domino territorii in

ex-

extruendis propugnaculis vel dilatandis fossis subdito-
rum agros ob publicam necessitatem destruere & occu-
pare licitum esse dicatur, Jo. Sande *l. 5. tit. 7. def. 8.*
Fritsch, *de fortalit. c. 5. n. 15.* Myler ab Ehrenbach, *de*
Principibus & Statibus imperii cap. 77. §. 3. Quin & pra-
xis quotidiana belli ostendit, Principes suburbia destru-
ere posse, ne hosti adjumento sint; quo casu quidem
Principem destructionis damnum refundere teneri, as-
ferit Myler, *cit. l.* cum Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 16.* sed
rectius ex hoc dato principio asseritur, ex publico poti-
us damnum datum refundendum esse, non ex rediti-
bus ipsius Principis, cum talis destructio in totius civi-
tatis salutem & conservationem facta, quod de fortali-
tii exstructione quoque dicendum est, vid. Dn. de Rhez
in jure publico lib. 2. tit. 2. §. 28. de quo plenius actum
in *Disp. de Fortalit, cap. 5. n. 18. sq. Vol. 1. Dispp.* Et cum
ruri habitantes recursum habeant ad fortalitiu tempore
belli, his quoque onus contribuendi incumbit. Idem
applicari recte potest ad casum averſæ deprædationis
communis, ubi itidem omnes, quorum res sunt serva-
tæ, contribuere debent, nullo privilegio exemptionis
obstante, adeo ut forenses quoque ad contribu-
tionem teneantur, si quædam bona in tali loco habue-
rint, illaque ita servata fuerint. Lauterb. *c. 1. §. 159.*

TIT. III.

DE

INSTITORIA ACTIONE.

§. I.

NON incognita est moribus nostris institutorum ap-
pellatio. Dicebantur de jure Romano, qui nego-
tiationi quæstuarie universaliter erant præpositi, emen-
di

An 'institutores
hodie cogniti?

di vendendique gratia *L. institor. 18. ff. b.* Moribus Germania dicuntur *factores*, quales sunt in bibliopoliis, pharmacopoliis, ubi dicuntur *Provisores* Hahn, *ad Wesenb. b. n. 1.* die *Buchhalter* etc. quamvis horum officium per se non contineat facultatem negotiandi, sed tantum libros mercatorios accurate conscribendi, quo inde de debito & credito constare possit Principali. Referuntur huc etiam vulgo *der Rauffleuthe Jungen und Laden-Diener* / qui in tabernis merces vendere solent. Hahn, *cit. l. Mev. ad jus Lubecense p. 3. tit. 6. artic. 5. 10.* Lauterbach, *b. t.* de quibus tamen iterum dubito, quia his tantum ad præscriptum a mercatore pretium merces vendendi, non libera potestas negotiandi competit. Habent enim tantum facultatem vendendi, sed non emendi, adeoque ipse mercator ex ejus contractu non tenetur, nisi forsan in peregrinis emporiis quis talem ministrum haberet, ubi ad principalem non datur recursus. Mevius *cit. l. n. 11.* Simile judicium ferendum de uxore mercatoris, quæ licet aliquando in taberna marito in vendendo auxiliatrices manus præbeat, tamen proprie huc referri nequit, quia tantum ministerium præstat in vendendo, nec universaliter negotiationem exercet. Wesenbec, *b. t.* Multo minus huc referri possunt ministri domestici die *Haus-Knechte* / uti recte Mev. *cit. loc. n. 14.* & Hahn, *cit. loc.* notant, quia hi neutiquam negotiationi præponuntur, adeoque dominum obligare nequeunt.

Comparatio
cum Magistro
navis.

§. II. De cetero fere eadem hic in institore hodie observantur, quæ supra de Magistro navis & Exercitore sunt dicta. Nam volunt, hodie quoque principalem teneri ex institoris substituti contractu, ob merciorum publicorum utilitatem, Dn. Schilt. *Ex. 27. §. 43.* Brunn, *ad l. 1. §. 5. de exercit. act.* Sic & existentibus pluribus præ-

præponentibus singuli itidem tenentur in solidum *l. 13. §. fin. b. tit.* salvo tamen beneficio divisionis *auth. hoc, ita C. de duob. reis.* Marqu. *de jure mercat. lib. 1. c. 8. n. 37. & 40.* Brunn. *cit. l. §. fin.* quod tamen secundum superius dicta limitandum, nisi statuto speciatim constitutum, ut plures præponentes tantum teneantur pro rata, uti testantur Loccen. *de jur. marit. lib. 3. c. 7. n. 10.* Marquard. *de mercat. lib. 1. c. 8. n. 39.* Cypr. Regner. *in cens. Belgic. ad §. 2. 3. quod cum in eo. qui in alieno potest.*

§. III. Idem dicendum erit, si ex sociis pluribus unus tanquam institor societati præpositus sit, ubi quidem Gailius 2. *Obs. 24. n. 9.* contendit, socios reliquos teneri pro illa quantitate, quam in societatem intulere; quæ sententia eatenus sine dubio vera, quatenus socii sibi invicem inde obligantur: Verum quando de extraneo quæstio est, qui cum uno socio tanquam institore contraxit, diversum dicendum esse arbitror *l. 13. §. f. l. 14. pr. b. t.* ubi exemplum ducitur ab exercitoria actione, quæ itidem contra singulos in solidum datur *l. 1. §. fin. l. 2. l. 3. ff. de exercit. act.* Hecht. *Felic. de commun. & societ. c. 30. & 31. seqq.* Cacheran. *decis. pedemont. 150. n. 7.* atque hoc quoque praxi hodiernæ conforme esse, testis est Perez. *in C. tit. de duobus reis num. 17.* quod etiam expresse provisum in Reformatione Francofurt. *P. 2. tit. 23. §. 9.*

§. IV. De eo autem quosdam dubitare video, an institores hodie possint conveniri ex iis contractibus, quos nomine institorio iniere, an vero simpliciter instituenda sit contra præponentes? Id quidem negare videtur Christin. *Vol. 3. Decis. Belg. 33. num. 9.* judicans, factores, licet mille literis se scribant debitores, propterea tamen conveniri illos non posse de eo, quod nomine factorio subscriperint. Sed in hoc recte contrarium asse-

An contra
plures præpo-
nentes detur
in solidum?

An hodie de-
tur actio in
institores?

rit Hahn. *ad Wesenb. b. t. n. 6.* Carpz. *P. 2. C. 20. Def. ult. & Part. 1. Decis. 10.* Mev. *ad jus Lubec. cit. l. n. 5. 6.* Gylman. *Symphor. tom. 4. P. 1. art. 32. num. 9. seq.* ita tamen, ut non aliter quam ratione tabernæ obligetur, seu ut ex Domini bonis solvat. Marquard. *de jure mercat. lib. 1. c. 8. n. 18.* Berlich. *Decis. 15. num. 6.* Ex quo apparet, quo sensu institori possit concedi exceptio excussionis, quod alias negat Berlich. *P. 2. concl. 24. n. 49.* quod tamen ita admitti potest, quatenus executio adversus eum possit fieri, nisi ipse bona præponentis detineat; alias omnino Dominus ejusque bona excutienda veniunt. Struv. *Decis. Sabbath. 6. 29. Dec. 9.* Ex quo recte concluditur, in personam vel bona institoris arrestum fieri non posse, Berlich. *P. 1. concl. 51. n. 38.* Carpz. *P. 1. C. 30. def. 11.* ubi præjudicium. Hoc tamen facile concesserim, rectius creditorem facturum, si ipsam principalem conveniat, quatenus contra eum executio in aliis quoque bonis fieri potest; ubi tamen iterum Christianæ *cit. l. inf.* arbitratur, nomen hujus actionis hodie non frequentari, quod admitti potest, cum & juris Romani praxis admiserit actiones directas ex ipsis contractibus institorum contra principales, absque hac adjectitia qualitate.

An deposito officio possit conveniri?

§. V. Ex quo nunc recte concluditur, deposito officio non amplius conveniri posse institorem, quippe qui sub certa tantum qualitate contraxit. Carpz. *cit. def. ult.* Mev. *cit. l. n. 5. & 6.* quod responso optime illustrat Hahn. *ad Wesenb. b. t. n. 6.* nisi possit evidenter doceri, institorem non sub hac qualitate contraxisse, sed nomine proprio; quod tamen non statim ex eo colligi potest, si instrumentum subscripsit, & sigillo suo munivit, cum talis subscriptio sit declaranda ex tenore instrumenti Carpzov. *P. 1. decis. 10. n. 5. seqq.* nec præsumitur talem

se

se aliter obligasse, quam sub illa, quam sustinet, qualitate *L. 5 ff. quando ex facto Tut.* quod idem sine dubio quoque asserendum erit, si literas cambii subscripsit sub hac qualitate institoria, secus si simpliciter, & cambium in suam direxisset personam. Idem quoque obtinebit, si fidejussorio nomine intercesserit, pro debito sui Principalis *L. 67. ff. de procur.* quamvis hoc casu agere possit institor, deposito officio contra præponentem, ut liberetur a fidejussione *L. 28. in f. ff. de negot. gest. L. 45. §. 2. mand.*

TIT. IV.

DE

TRIBUTORIA ACTIONE.

§. 1.

Usum hujus actionis in praxi rarissimum esse, non dissimulandum est, nam quoad servos fere plane nullus est, postquam tales non habemus. Quoad filios vero rarius ita peculium concedi eis solet, ut olim apud Romanos, sed plerumque filii dum negotiantur, quod etiam in hac actione supponitur, separatam a patre instituunt œconomiam, quo ipso a patris liberati sunt potestate, & hinc in patrem nulla ex filiorum contractu datur actio, nisi forte jussu patris contraxerint, aut pecunia in ejus utilitatem versa. Vid. *Tit. quod jussu, & de in rem verso.* Quin quod in emporiis mercatores filios suos eum in finem expresse emancipare soleant, ut eo securius possint negotiari, & alii cum eis contrahere. Quod si tamen pater in convictu retineret filium, simulque tamen eidem negotiationem in profectio peculio indulgeret, idem vero postea male inter Creditores distribueret, ad hanc adhuc hodie recurrendum esset actio-

An aliquis hujus tituli usus supersit?

actionem, nec diffitente Schiltero *ex. 27. §. 47.* Quamvis hoc vix aliter, quam si peculium vel merx peculiaris non sufficeret debitis solvendis, ubi magis in praxi res ad concursum creditorum veniet; in quem Concursum tamen pater tenetur conferre, quod ex peculio subtrahit, vel celavit, nec deducere hic poterit, quod sibi debetur *L. 1. §. 3. & L. 5. §. 7. ff. h. t.* Ceterum quod Lauterb. *b. t. in f.* hujus actionis vel ideo nullum usum esse asserit, quod filii quoad illam negotiationem pro emancipatis habeantur, de hoc merito dubito, cum sola negotiatio patriam potestatem non tollat, nisi separatio quoad œconomiam accesserit, vel pater judicialiter se declaraverit, se filium sui juris esse velle, quod Hamburgi alibique, plerumque fieri solet.

Beneficiunt
quasi separa-
tionis, ejus-
que praxis.

§. II. Deducunt tamen adhuc aliquem usum in praxi ex *L. procuratores 5. §. 15. seq. b. t.* in qua fundatur beneficium, quod vocant *quasi separationis* in eo situm, ut si diversas tabernas filius habuerit, & creditores alii ad hanc, alii ad aliam tabernam crediderint, illi petere possint, ut ab his separentur, & singulis ex illa taberna solvatur, cui credidere. Ratio duplex ex æquitate desumpta additur in *cit. l. (1)* quod merci potius, quam personæ in hoc casu creditum intelligatur (2) ne ex alterius re vel merce alii indemnes fiant, alii damnum sentiant, Id quod hodie applicari potest ad illos mercatores, qui in duobus diversis locis tabernas exercent, & creditores alii huic, alii illi crediderunt; nam & hos creditores in concursu eodem modo separandos esse, suadet adducta duplex æquitatis ratio. Strach. *de decoctor. p. 4. n. 20. seq.* Mev. *ad jus Lubec. p. 3. tit. 1. art. 10. n. 55. seqq.* Lauterb. *de jur. in for. mercat. usit. th. 78.* ubi docet, statuto Genuæ hoc cautum esse. Brunnem. *ad cit. l. 5. n. 2. ff. h.* Marquard. *de Jur. Mercat. lib. 2. c. 2. num. 13.* Praxin ta-
men

QUOD CUM EO QUI IN ALIENA &c. 33

men hanc in Gallia & Hollandia non observari, cenfet Groenvegen de LL. abrog. ad L. 5. b. t. n. 4. hanc Legem tantum ad servos pertinere existimans, cum tamen eadem ratio in filio adsit,

TITUL. V.

QUOD CUM EO QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICATUR.

§. I.

IN hoc titulo Prætor certo casu concessit filiis familias lex æquitate beneficium competentia. Quod si enim filius suo nomine in peculio, profectio scil. contraxisset, pater quidem inde peculiotenus tantum obligatur, sed filiusfamil. tanquam libera persona in solidum tenetur, L. 44. de pecul. ut tamen executio differri debeat, donec sui juris factus fuerit L. 5. pr. b. t. Quia vero contingere potest, ut filius ex bonis paternis plane nihil vel parum accipiat, quod vel abstinuerit hereditate, vel exheredatus fuerit, L. 2. pr. §. 1. b. t. durum certe videbatur Prætori, filiumfamil., ad quem nihil ex bonis paternis pervenerat, in solidum condemnari debere, patrem vero liberari, in cuius utilitatem tamen peculium cesserat, ad quem omnis utilitas contractus pervenerat; huic itaque convento Prætor dedit beneficium competentia, seu in quantum facere possit.

An usus alius
quis hujus tituli
doceri
Possit?

§. II. Quod autem usum practicum hujus tituli attinet, illud quod de beneficio competentia hic habetur, plane non obtinere, sed filium in solidum teneri existimat Groenvegen ad L. 2. C. b. t. n. 3. subjecta ratione, quod hodie effectus patriæ potestatis apud Roma-

An adhuc hodie benefici-
um competen-
tia filio com-
petat?

E

nos

186

nos frequentati in defuetudinem abierint, nec filius patri amplius acquirat, sed sibi: hinc filium, qui vivente patre contraxit, in solidum teneri, licet paterna hereditate se abstinuerit; nisi forte ob minorennitatem ad restitutionis beneficium confugiat. Verum si valida forent fundamenta à Groenvvegio supposita, facile applausum mereretur. Ast jam superius in tit. *de bis qui sui vel alien. jur* satis demonstratum est, patriam potestatem in Germania adhuc salvam esse, & hinc filium ex re patris negotiantem, non sibi, sed patri acquirere: Si ergo eundem ex contractu in patris utilitatem gesto, in solidum condemnandum diceremus, etiamsi heres patris non esset, quis eidem invideret beneficium competentiae.

An plane huius tituli nullus superfit usus ut filius in solidum conveniatur?

§. III. Ego autem de praxi forensi totius tituli dubito. Filius enim aut suo nomine contraxit, & ita res expedita est, quod teneatur in solidum: aut contraxit nomine patris, sive in utilitatem patris, intuitu peculii profectitii, & creditores hoc norunt, tunc fidem patris potissimum sequuntur, nec filium aliter obligatum existimabunt, quam ut ex peculio sibi satisfaciatur. Simili ratione, qua filius institor obligatur quidem ex contractu, quem ut institor in patris utilitatem iniit, & inde directo a Creditore conveniri potest: Non tamen obligatur aliter, quam ut ex rebus patris praepoentis, vel negotiatione, quam administrat, solvat, non autem ut de suo satisfaciatur. Carpz. P. 1. Dec. 12. Gylleman. *Symphorem*, tom. 4. P. 1. vot. 32. n. 9. hinc omnino durum foret, si filium in peculio profectitio scientibus creditoribus contrahentem, & nihil utilitatis percipientem, in tantum condemnare vellemus, ut saltem competentiae remedium ipsi remaneat; imo stolidus foret filiusfam, si a patre unquam peculium profectitium peteret, si sciret, re minus feliciter cedente, patrem libe-

QVOD CUM EO QVI IN ALIENA &c. 35

liberari posse, cedendo peculium, se vero in solidum obligatum manere, adeo ut & bona impofterum quaesita ipforum creditorum lucro cedant, etiamsi ipse patris heres non sit factus, qui beneficio abstinendi se alias ab aere paterno liberare potuisset. Et huc omnino etiam argumentum pertinet à tutoribus desumptum, qui durante tutela obligantur creditoribus, sed ita, ut ex bonis pupilli satisfaciant. *L. 43. §. 1. ff. de Administr. Tut. L. 15. C. eod.* quod etiam ad alios administratores applicant. *Berlich, P. 1. Decis. 15. n. 6. Carpz. lib. 4. Resp. 80. n. 8.* sicuti ergo in bonis filii infitoris, pariter directo obligati, executio fieri nequit. *Carpz. P. 1. C. 32. Def. 14. n. 5.* Non video rationem, quare in filii bona, qui de peculio profectitio contraxerat, executio fieri debeat, si patris heres non sit factus; ut hinc omnino rigorem juris Romani hoc passu in desuetudinem abiisse, vel nunquam receptum fuisse, credam.

§. IV. Quemadmodum vero in aliis contractibus nihil frequentius esse solet, quam ut variis exceptionibus & beneficiis renunciatur, ita disquiritur, an etiam filii familias vel alterius personæ, quæ beneficio competentiae gaudet, renunciatio hujus beneficii valida sit? Ratio negantium potissima hæc est, quod alimentis renunciari non possit, id quod tamen in effectu fieret, si quis beneficio competentiae renunciaret. Verum hæc ratio non concludit, alioquin nulli debitores ad saccum & peram excuti possent, si nimis prægravati sunt aere alieno. Neque statim alimentis renunciatur, ubi huic beneficio renunciatur, cum aliis laboribus adhuc sibi victum quærere possit. Ob respectum reverentiae aliquando hanc renunciationem otiosam esse, facile largior *Franch. Dec. 164. n. 14. Petr. Barbosa ad L. alia 14. §. eleganter n. 1. ff. sol. matrim.* sed hoc impedimentum pla-

An valide huic beneficio possit renunciari?

ne hic cessat, unde renunciatio talis erit valida. Giurba *Decis. 42. n. 8.* Zanger, *de except. P. 2. c. 15. n. 55.* Manz, *Patrocin. depaup. debit. Dec. 3. qu. 9.*

TIT. VI.

D E

SCTO MACEDONIANO.

§. I.

De usu hujus
tituli genera-
tim.

Salutari hoc SCTo tum parentum auctoritati & securitati prospectum, tum malitia creditorum & foeneratorum, filiis familias instrumenta luxuriæ, pecuniam præcipue subministrantium coercita, dum denegata eis est actio, tam contra patrem, quam ipsum filium familias debitorem *l. 1. l. 9. §. pen. b. t. l. 40. de condict. in deb.* Hinc introducta est exceptio SCTi Macedoniani, de cujus usu in praxi vel ideo plurimi dubitant, quod rarius in judiciis ventiletur. Tulden, *in C. b. t. cap. fin.* Sed quemadmodum hæc consequentia non concludit, ita dissentientes experientia refelli possunt, uti ostendit Carpzov, *P. 3. Dec. 256. num. 1. & P. 2. C. 10. def. 16. & 17,* quin quod hodie in multis locis ad alios casus adhuc hujus SCTi exceptio extensa sit, uti infra docebitur. Olim quoque hoc SCTum eam meruit applausum, ut *in Capitul. Caroli M. & Ludovici Pii lib. 2. C. 304.* repeteretur. Imo ipse Grœnvvegen *ad C. b. t.* facilis alias ad asserendam abrogationem, ingenue fatetur, usum in foris hodiernis hujus SCTi superesse.

Pertinet
SCTum ad pe-
cuniæ datio-
nem,

§. II. Prohibetur autem tantum hoc SCTo, ne filiofamilias pecunia mutuo detur *L. 3. §. 3. b. t.* quippe qui contractus in perniciem adolescentum cedere videbatur: unde ex mutuo in aliis rebus fungibilibus consistente, efficaciter obligantur *l. cit. 3.* Nisi forsan SCTo
fraus

fraus sit quaesita *l. 3. §. pen. b.* uti fieri solet in contractu MOHATRA, ubi loco pecuniae merces traduntur vendenda, quas vilius distrahere tenetur, quam accepit, & tamen pro integra summa usuras praestare compellitur, & hinc ad contractus usurarios refertur, de quo vid. Casp. Ziegl. speciali Dissertatione. Et cum imprimis Mercatores, Caupones cujuscunque generis, Coqui, Pharmacopaei esculentis potulentis luxuriam juvenum promovere soleant, hinc salutariter in statutis variarum Academiarum constitutum, ne ultra certam quantitatem iis fidem habere debeant, aut si habuerint, non audiantur; quam in rem statuta Academiae Tubingensis adducit Lauterbach, in *colleg. Dig. b. t. §. 12.* & Fromman. *diff. de Scto Maced. tb. 27.* Idem provisum in statutis Academiae Wittebergensis Schultz. in *Synopsi Instit. tit. quod cum eo.* Zang. *de Except. P. 3. C. 12. n. 59.* ut & Jenensis, teste Struvio *ex. 20. tb. 52.* de Statutis Academiae Franqueranae vid. Joh. Jac. Wissenb. *disp. Jur. civil. 47. tb. 14.* de Giessensis & Marpurgensis statutis vid. Nebelkrae *ad s. tit. quod cum eo qui in al. §. pen.* De aliis Statutis conf. Dn. de Jena *de Scto Maced. sect. 2. art. 5. n. 2. seqq.* Deniq; & in hac Regia Fridericianamercatoribus summa 24. thalerorum, & cauponibus aliis intemperantiae pocula praebentibus, summa 5. thalerorum praescripta, ultra quam, si fidem studiosis habent, nulla ipsis conceditur actio, sine ulla distinctione, an sint filii familias, an non; itidemque, an sint majorenes vel minorenes.

§. III. Porro hoc Sctum tantum pertinet ad liberos in patria potestate existentes *L. 1. pr. b.* adeo ut etiam filii familias comprehendantur *L. 9. §. 12. ff. b. t.* Non æque vero accommodari potest ad eos, qui jam sui juris sunt, licet forsan adhuc sint sub tutorum vel curatorum potestate, ut tamen mutuum cum his contractum alia

Extensio:

Respicit
Sctum filios
familias.

Extensum in
quibusdam lo-
cis ad minores
& pupillos,

ratione, scil. vel ope restitutionis in integrum, vel ex ca-
pitate nullitatis, si insciis Curatoribus contraxerint, im-
pugnari possit. Dantur tamen statuta & constitutiones
locorum, quibus hoc SCrum ad pupillos & minores
quoque extensum est, uti de Erfordia testatur Renne-
man, *Jurispr. Rom. Germ. Disp. 23. tb. 44. lit. f. in f.* Per-
tinet huc etiam Constitutio Rudolphi II. Imp. de Anno
1589. quam Hahnus ad Wesenb. *b. t. n. 5.* adducit, quam-
que hic integram referre, ut in praxi eo sanctius obser-
vetur, consultum esse duxi: Wir RUDOLPH der
Anderer von Gottes Gnaden erwählter Römischer
Kaysler zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ 2c. 2c.
Entbieten allen und jeden Unsern Unterthanen / Geist-
lichen und Weltlichen / was Standes und Würden die
seyen / Unsere Gnade und alles Gutes / und fügen Euch
gnädig zu vernehmen / od wohl vermöge der geschriebe-
nen Kayslerl. Rechten / auch unterschiedlicher ausgegan-
ner Policy-Ordnungen und heylsahmer Constitution, al-
le und jede wucherliche Contracte und Handlungen / da-
durch der Christlichen Lieb / forderst denen Geboten Got-
tes zuwieder / jemand benachtheilet und übervorthellet
wird / ernstlich und bey hoher Straffe *inbibivet* und abge-
schaffet: So gelanget doch an Uns glaubwürdig / und
bezeugts die Erfahrung allzuviel / daß nicht allein dem
zuwieder allerley *partita* und unziemliche böse Contracte
fast über hand nehmen / sondern auch theils sich unter-
stehen die Jugend / so noch in ihrer Eltern / oder für-
gesetzten Verhaber und *Tutorn* Gewalt und Sorg /
ganz hinterlistig zu hintergehen / den jungen noch unver-
ständigen Leuten fürzuleihen und borgen / auch dermas-
sen unchristliche *Partita* mit ihnen zu treffen / daß sie nicht
allein des Fürleihens nicht halben Theils genießen könn-
nen / sondern gar darüber ins Verderben und Armuth
geras

gerathen; Wann Wir dann als Herr und Landes-Fürst
 führohin keines weges zu gestatten gedencen / so befeh-
 len Wir demnach Euch allen und jeden / denen dieß Un-
 ser offen *general Mandat* fürkömmt / ernstlich / auch bey
 unserer schweren Straffe und Ungnade / daß Ihr euch
 aller und jeder ungebührlicher *Contracte* und *Partiten* ins-
 gemein / fürnehmlich aber angedeuteter massen / die Ju-
 gend zu hintergehen / ihnen fürzuleihen / zu borgen und
 wucherliche Handlungen mit ihnen zu machen / gänzlich
 und gewißlich enthaltet / keiner Person / so / wie gehöret /
 unter ihrer Eltern / Gerhabern und Beireundten
 Macht sind / auffer Vorwissen berührter Eltern /
 Gerhabern oder Beireundten /ichts für oder dar-
 leihet / oder sonst einigen *Contract* in dergleichen Fäl-
 len mit ihnen eingehet. Dann welche hierüber straff-
 mäßig betreten / oder erkundiget werden / dieselben sol-
 len nicht allein ohne Mittel des Darleihens / so sie sol-
 chen jungen Leuthen gethan / verlohren / sondern
 nach Nothdurfft und Gelegenheit der *Partiten* ernstlich
 gestraffet werden. Das meinen und setzen Wir ernst-
 lich / wollen auch allen unsern nachgesetzten Obrigkeiten
 hiermit aufferleget haben / daß sie auff erzehlte Schulden
 und *Contract*, so weit sie denen noch andern gewaltsam
 unterworffenen Personen zu Schaden und Nachtheil ge-
 reichen möchten / bey Gericht das wenigst nicht erken-
 nen / oder den Darleiher einige *execution* ertheilen :
 Entgegen aber / ob dieser unser / gemeinen Wesen wohl-
 gemeinten Verordnung / festiglich handhaben / und ge-
 gen denen Verbrechern angedeuteter Gestalt gewißlich
 und unverschont männiglich mit Straffe verfahr-
 ren. Darnach weiß sich männiglich zu richten und für
 Schaden zu hüten. Es beschicht auch hieran unser gnä-
 diger ernstlicher Wille und Meinung. Geben in unserer
 Stadt

142

Stadt Wien den 10. Jul. Anno Christi 1589. unserer
Reiche/ des Römischen in vierzehenden/ des Hungari-
schen in siebenzehenden/ und des Böhmisches auch in
vierzehenden.

Edictum Regis
Borussiae refer-
tur.

§. IV. Concordat cum hac constitutione Regis
nostri longe clementissimi Edictum, simile argumen-
tum determinans, quod itidem hic referre lubet: ver-
ba sunt haec: Wir **JRZEDEKZEH** von Got-
tes Gnaden/ König in Preußen/ Marggraff zu
Brandenburg / des Heil. Römischen Reichs Erz-
Cämmerer und Churfürst/ ꝛ. ꝛ. Entbieten hier-
mit allen und jeden Prælaten/ Graffen / Herren/ denen
von der Ritterschafft/ Magistraten in Städten und Fle-
cken/ wie auch insgemein allen Unsern Unterthanen Un-
serer Chur-Marck Brandenburg Unseren allergnädigsten
Gruß/ und fügen denenselben hiermit zu wissen/ daß ob-
wol in denen allgemeinen Rechten heylsamlich ver-
ordnet / daß denen *Minoribus* und Unmündigen / so ihr
vollkommenes Alter nicht erreicht / ohne derer Eltern/
Vormünder und *Curatoren Consens* oder Vorwissen we-
der zu *contrahiren* / zu verkauffen / noch weniger von dem
Ihriegen etwas zu verschreiben / zu versehen / Geld aufzu-
machen / Wechsel-Brieffe auszustellen / keines weges
verstattet / sondern vielmehre alle dergleichen verbothene
Handlung mit denen Unmündigen allerdings unkräftig
gehalten werden sollen / dennoch die tägliche Erfahrung
bezeuget / daß solchem zuwieder dergleichen *practiquen*
und unzuläßige *Contracte* fast überhand nehmen = indem
sich Leute finden / welche die Jugend / so noch in Ihrer
Eltern oder fürgesetzten *Tutoren* und *Curatoren* Sor-
gen und Pflege stehen / an sich ziehen / sie heimlich
hintergehen / denen jungen noch unverständigen Leuten
allerhand Sachen und Waaren borgen / oftmahls zum
Spiel

193

Spiel und andern Dingen Geld fürleihen / in Hoffnung
 künfftiger Erbschaft von denen Eltern / oder in Abwar-
 tung ihrer *Majorennität* solches alles mit grossem Vor-
 theil wieder zu erlangen / wordurch die junge Leuthe ver-
 leitet / kaum die Helffte des vorgeliehenen geniessen / und
 also das Ihrige ganz liederlich / ja zu letzt in Verderben
 und Dürfftigkeit gebracht werden; Wann wir dann
 solchen schädlichen und zum Ruin und Verderb der Ju-
 gend abzielenden Unwesen keines weges nachsehen / noch
 gestatten können / daß mit denen unverständigen Jungen
 Leuthe dergestalt übel und unzulässig verfahren- und ei-
 nigen Eigennütigen Persohnen von der unschuldigen
 Jugend zu *profitiren* Gelegenheit gegeben werde.
 Als setzen / ordnen und wollen Wir hiermit und Krafft
 gegenwärtigen offenen *Patents*, daß Niemand / er sey
 was Standes / *Condition* und Würde er immer
 wolle / keinem *Minori* und Unmündigen / so das 25.
 Jahr nicht erfüllet / ohne der Eltern / Vormundere o:
 der Curatoren Vorwissen und Einwilligung das geringste
 weder an Geld noch sonst etwas zu leihen / zu borgen /
 noch durch heimliche *Contracte*, *Obligationes*, Verschrei-
 bungen / und dergleichen das Ihrige an sich zu bringen /
 noch die Unmündige unter was *prætext* und Schein es im-
 mer wolle / zu *induciren* / zu verleiten / zu bereden / noch
 durch einiges Versprechen Gelegenheit darzu zu geben sich
 unternehmen solle / allermassen denn dergleichen Hand-
 lungen / wie solche ohnedem in denen allgemeinen Rech-
 ten ungültig seynd / nicht allein *casret* / die Unmün-
 dige davon losgesprochen / und die Verbrecher über
 den Verlust dessen so sie *pacisciret* / mit einer Mahm-
 haften würcklichen Straffe beleet / auch auff den
 Fall / da einer oder der ander solcher Unmündigen *Debi-
 toren* nach erlangter *Majorennität* seine Schuld frey-
 wil-

willig bezahlen würde / selbige Zahlung keineswe-
 ges dem *Creditori*, welcher ihm durante minorennitate
 ohne seiner Eltern oder Vormündere Bewilligung gebor-
 get / zustatten kommen / sondern Unserem Königl.
Fisco anheimfallen solle. Welchem nach Wir dann Un-
 serem Collegio der Geheimen Justiz-Räthe / Hoff- und
 Cammer auch Alt-Märckischen Quartal-Gericht / in glei-
 chen allen und ieden Magistraten generaliter, allen Ober-
 und Unter-Gerichten in Unserer Chur-Märck Brandenburg
 hiermit allergnädigst anbefehlen / sich hiernach ge-
 horsamst zu achten / über diese Unsere Verordnung mit
 Nachdruck zu halten / dawieder keine contravention
 zu verstaten / und die Creditores derer Unmündigen a
 limine iudicii gänzlich abzuweisen. Urfundlich unter
 Unser eigenhändigen Unterschrift und auffgedruckten
 Königl. Insiegel / so geschehen und gegeben zu Cölln an
 der Spree den 10. Septembr. 1701

Friederich.

P. v. Fuchs.

Ex quo Edicto Regio hoc potissimum foeneratoribus in-
 culcandum, quod pessima illa, qua communiter utun-
 tur, cautela, daß sie sich über dergleichen verbotene Schul-
 den Wechsel-Briefe ausstellen lassen / ipsis proficere non
 debeat: Nec enim cambiorum jus, publica Principum
 Edicta, in salutem subditorum edita, evertere debet.

An in filiis
 Principum
 obtineat? §. V. De eo major ratio dubitandi, an hoc SCtum
 quoque applicari possit ad filios Principum seu Statu-
 um imperii? Hoc quidam negant, eo forsan inducti ar-
 gumento, quod jus Romanum inter Status imperii non
 obtineat, vid. Lauterbach. *b. t.* Verum cum notorium
 sit, Principes nostros in contractibus uti jure priva-
 torum

torum, & eorum causas in summis Imperii tribunali-
bus ex jure communi decidi, neque præterea dici pos-
sit, patriam potestatem non competere Principibus in
liberos suos, vid. Dn. de Rhez *de jure publ. lib. 1. tit. 20.*
exceptio hæc si opposita fuerit, admittenda erit. Con-
fer. Schilt. *Ex. 27. §. 77.* Hoc quidem non nego, com-
muniter hoc inter personas illustres pro indecoro repu-
tari, quasi repugnaret eorum dignitati, sed propterea
si ad judicium res fuerit deducta, non deneganda sunt
illustribus communis juris auxilia; Sicuti nec antea alle-
gatum Edictum Regium distinguit.

§. VI. Sunt autem aliqui, qui volunt, hanc ex-
ceptionem adhuc hodie admittendam esse, si liberi per
separatæ œconomiz institutionem sui juris facti mutu-
um contraxerint, nam & hos beneficia filiis familias in-
dulta non amittere, contendit Sande *lib. 3. decis. Fris. tit.*
2. def. 2. Verum illud semper petitionem principii sa-
pit, an hoc Sctum ad talia beneficia referri possit; quin
quod ita liberi moribus nostris nunquam viventibus pa-
rentibus secure contrahere possent, Brunnem. *ad l. 1. n. 6.*
in f. b. t. Mantic. de tac & ambig. convent. lib. 8. tit. 7. n. 19.
Quod vero ad excludendum hoc beneficium solam mer-
caturam, quatenus cum consensu patris a filio fam. exerce-
tur, sufficere putet Lauterbach. *b. t. id rursus fuit ex*
illa hypothese, quasi liberi moribus nostris quoad illam
negotiationem pro emancipatis habeantur, id quod ta-
men etiam supra negatum est. tit. de tribut. act. §. 1.

§. VII. Novum oritur dubium circa peculium ad-
ventitium irregulare, an & quatenus moribus intuitu
ejus pecuniam mutuam accipere possit? Hoc qui-
dem extra omnem controversiam positum est, fili-
um familias respectu hujus peculii non haberi pro pa-
tre familias, uti quidem in castensi & quasi, & ob hanc

Idem dicen-
dum, si libera-
ti sunt per in-
stitutionem
separatæ œco-
nomiz.

An ratione pe-
culii adventi-
tii irregularis?

rationem quoque exceptioni locum esse contendunt
 Carpz. P. 2. C. 10. Def. 16. in f. Lauterb. Diss. de pecul. ad-
 vent. irreg. §. 16. Verum cum jure novissimo per Nov.
 117. C. 1. de hoc peculio libera & plenissima filiofami-
 lias concessa sit disponendi licentia, cur non æque ita de
 eo disponere possit, ut mutuum intuitu ejus contrahe-
 ret? Accedit, quod patri per hoc mutuum non præju-
 dicetur, & licet expresse hoc posterioribus legibus mu-
 tatum non sit, attamen ex mutata peculiorum natura
 hoc legitime licebit inferre. Brunnem. ad Wesenb. b.
 t. qv. 6.

An & quatenus
 respectu pecu-
 lli Castrensis
 & quasi

§. IIX. Id sane in confesso est, filiosfamilias in
 intuitu peculii castrensis & quasi, mutuum accipere posse,
 cum in eo habeantur pro patrefamilias, L. 1. in f. l. 2. b.
 t. Gilcken, ad l. f. C. b. t. n. 10. Addunt nonnulli, non
 metuendum fuisse, ut liberi milites hac pecunia abute-
 rentur in luxuriam, ob severam illam disciplinam, quæ
 olim obtinuit. Franzk. b. t. n. 12. Hodie vero plerum-
 que severa illa disciplina quoad præcavendam luxuri-
 am in militia exolevit, ubi ludis, comotationibus, a-
 liisque occasionibus pecuniam prodigendi indulgetur;
 Et rari certe sunt belli Duces, qui Principibus
 EUGENIO,
 MALBORUGIOq; in abstinentia ab omnibus illecebris,
 quæ disciplinæ militari impedimento sunt, exemplum
 inferioribus præbere solent; Et utinam Germanis Du-
 cibus non opponi possent exempla, ubi ab hoste invasi,
 vino somnoque sepulti. Ut adeo vel ex hoc fonte hanc
 exceptionem introducendam esse utile foret; interim
 praxis juri Romano adhuc conformis est, uti patet ex
 præjudiciis apud Richterum cent. regul. 1. n. 18. Philippi
 in usu pract. Inst. ad §. 7. 7. quod cum eo qui in al. potest.
 eclog. 61. n. 12. de peculio quasi castrensi idem testatur
 Philippi cit. l. ubi ita in Dicasterio appellationum Dres-
 densi pronunciatum refert.

§. IIX.

49

§. IX. Hæc exceptio instar aliarum exceptionum & ante & post litis contestationem opponi potest; ante quidem si sit liquida, vel in continenti probari possit. Lauterb. *in colleg. ad h. t. §. 2. n. 5.* si vero altioris indaginis, post litis contestationem probanda. Gail. I. *Obs. 74. n. 13.* quin quod etiam post sententiam opponi possit ad impediendam executionem *L. 11. ff. b. tit.* si antea non fuerit opposita, & a iudice non attentata; quod hodie quidem de omni exceptione peremptoria, antea non opposita, in continenti tamen liquidabili, affirmant. Unde non audiendus videtur Groenvvegen *de LL. abrog. ad cit. l. 11.* asserens, hanc & alias ejusmodi exceptiones hodie post sententiam non nisi in instantia appellationis opponi posse. Verum ego de praxi illa, quod omnis exceptio peremptoria adhuc in executione admittatur, in illis locis dubito, ubi per *Ord. Proc.* receptum, ut omnes Exceptiones peremptoriæ litis contestationi iurgantur, sub illarum amissione, nisi forte de novo emerferint. Vid. *Ord. Proc. Sax. Tit. 11. §. 10. Conf. Rec. Imp. de Anno 1654. §. 37. & 38.* ibi: bey Straffe der *preclusion.* Hæc autem limitatio Exceptioni SC. Macedoniani nequit applicari, quæ noviter exorta nunquam dici potest.

§. X. De hoc nuper dubitatum memini, cum ob sumtus De mutuo ad illos, qui patri alias de necessitate vel honestate incumbunt, celebrationem ut illos pro filio faciat, locus non sit Scto *L. 17. §. 15. ff. b. L. 5. des Carnevals, C. eod.* an huc etiam referendi sint illi, quos filius in aula de- contracto; gens ad celebranda bacchanalia in *larvas vestesq. ludicras* facere necessum habuit? Casus hic erat: Filius Nobilis in Aula cujusdam Principis consensu patris degebat, nomenq; inter alios Aulae illius Nobiles profitebatur, sed sine antiqua salario, convictu Aulico contentus, daß er freye Tafel bey Hofe habe. Indicebatur præparatio ad instans, uti vocant, *Carneval*, seu verius, *bacchanalia*, (nec enim esui carnis tempore quadragesimæ vale dicunt nostri, sed commessationibus, computationibusque æque consumunt sacrum illud

148

tempus in primitiva Ecclesia jejuniis destinatum, quam si nulla passionis Dominicæ memoria superesse deberet) & jubebantur Aulici, ut unusquisque pro dignitate incederet, & solennia hæc, Christianis omnibus detestanda, exornaret. Filius salario destitutus, sumtus a parente rogat, hic autem cum vir esset senio gravis, antiquis moribus, & ludis ejusmodi quondam in Germania ignotis non assuetus, pecuniam desideratam denegabat, & ut potius ex Aula interim discederet filius, urgebat. Hic autem, ne gratia Principis excederet, ducentos thal. ab amico quodam mutuo sumpsit, pro comparandis vestibibus ludicris, aliisque larvis ad scenam illam adhibere solitis. Fabula peracta creditor patrem conveniebat ad restituendos 200. thal. urgens, non potuisse filium se honeste huic solennitati subtrahere, sine offensa Principis, cujus preces pro imperio habentur, Mascard. *de Probat. Concl.* 193. & justum metum inducunt Tiraquel. *de pæn. temperand. caus.* 35. Barbosa *lib. 2. c. 13. axiom. 2.* Pater excipiebat, filium se invito pecuniam hanc mutuo accepisse, & in rem plane inutilem, quam ipse parens serio hactenus fuerat averfatus, impendisse, adeoque sibi SCtum Macedonianum prodesse debere: nec Principis voluntatem tantæ efficaciam esse posse, ut patrem contradicentem obligare valeat ad hoc æs alienum pro filio solvendum *arg. S. ult. J. de his qui sui vel al. jur. L. Nec avus. 4. C. de Emancip. liber.* Accedit & hæc ratio, etiamsi Comœdia illa tolerari posset, non tamen creditori contra patrem actionem dari debere, cum prohibentis negotium gerens nullo regressu gaudeat *L. fin. C. de negot. gest.* Hinc patrem absolvendum esse privatim consultus existimavi.

De filiofam.
patrem mor-
tuum esse,
mentiente,

§. XI. Dantur autem varii casus, quibus creditor per hoc SCtum repellere nequit, in quibus theoria & praxis parum discordat, ideoque hos adducere, nostri non est instituti. Interim non omittendus est casus, si filiofam. publice credatur sui juris esse *L. 7. §. 7. & seqq. ff. h. t.* vel etiam, si creditori percontanti, an sit

499

fit sui juris, falso persuaserit, animo illum decipiendi, & ad mutuum eo facilius inducendi, se sui juris esse, cum pater dudum fuerit mortuus; hoc casu omnino propter mendacium beneficio hoc indignus est filius. Pet. Gregor. Tholos. *Syntag. jur. lib. 22. c. 2. n. 11.* modo tamen ipse Creditor fuerit in bona fide. Brunn. *ad L. 3. ff. b. Christin. Vol. 3. dec. 35. n. 7.* Trentacinq. *lib. 3. tit. de solut. Resolut. 19. n. 8. & seq.* Verum hanc sententiam ego temperandam existimo, ut tantum valeat in præjudicium filii se falso patrem familias simulantis, non in præjudicium patris, cui ex sua persona eadem exceptio competit *L. 7. §. 10. ff. b. Carpz. P. 2. C. 10. def. 16.* nec filius suo mendacio patris causam duriorum facere potest.

§. XII. De eo inter Dd. controversia non levis est, an si filius paterfam. factus, partem debiti solverit, & hoc ipso Scto Macedoniano tacite renunciaverit, juxta *L. 7. §. fin. & L. 9. b. L. 2. C. eod.* an ea propter totum agnoverit debitum, ita ut omne quod restat,olvere teneatur? Affirmativa communiter recepta est. Brunnem. *in Comment. ad ff. ad §. ult. Lauterb. ad b. t. §. 2. th. 6.* Mantic. *l. 8. t. 2. n. 25.* Christin. *vol. 3. dec. 33. n. 11.* Trentacinq. *de solut. tit. 3. Resol. 20. n. 22.* Displicuit tamen illa Dn. Struvio *Exerc. 20. th. 57.* Schneidevv. *ad §. 1. Instit. Quod cum eo qui in alien. potestate est.* Bachov. *ad Treutler. vol. 1. disp. 20. th. 8. lit. A. & B.* qui verba *L. 7. §. fin.* non generaliter, sed restricte intellecta volunt: *Cessabit Sctum*, scilicet quoad summam solutam, quod ex verbis subsequenter elicere volunt: *Nec solutum repetere potest*, ex quo non sequatur, ergo residuumolvere tenetur. Verum hac ratione res extra dubium foret; quis enim statueret, filium sui juris factum, quod solvit, repetere posse. *Vid. L. 40. ff. de Condict. indeb.* Quare omnino verius est, solutionem partis involvere agnitionem totius debiti, nisi cum protestatione solverit, quod ad residuum nolit esse obligatus. Sed quid si postquam sui juris factus est, pignus dederit? Dicitur *in L. 9. pr. b. Scti* exceptionem ei denegandam usque ad pignoris quantitatem: Ergo quoad residuum se hac vice obligasse non censetur. Diversitatis ratio hæc est, quia, qui expresse partem debiti solvit, non potuit non integrum debitum agnoscere, quia una obligatio est, ubi pars pro debito, & alia pars pro indebito haberi nequit. Sed ubi pignus datur, voluntas mea ad quantitatem

De parte debiti postquam sui juris factus, soluta.

Quid si pignus dederit?

tatem

tatem pignoris restricta est, & sic eatenus se tantum solvere velle, indicavit Manz. ad §. 7. Inst. quod cum eo n, 35. Dn, Lauterb. in Colleg. Theor. Pract. ad hunc tit. th. 21. Mullerus ad Struv. Exerc. 20. §. 57. lit. θ. quam sententiam in foro retinendam esse existimo.

De renunciat-
ione SCri,

§. XIII. Illa vero adhuc tangenda quaestio in praxi pariter ac in theoria hactenus ventilata, an & quatenus filiusfamilias huic SCto renunciare possit? Simplicem renunciationem non valere, pleriq; consentiunt, quia induceret occasionem delinquendi; imo revera frustratoria esset hujus SCti dispositio, cum eadem facilitate filiusfamilias huic exceptioni renunciaret, qua pecuniam mutuam accipit. Neque hic allegari potest communis assertio, quod quilibet favori pro se introducto possit renunciare, quia jam supra monitum, hoc SCtum non primario in favorem filiorumfamil. esse introductum, sed etiam in favorem patris, imo & ipsius Reip. Hahn. ad Wesenb. b. n. 3. multo minus valet argumentum a SCto Vellejano ad Macedonianum, cum utriusque sit diversa ratio l. 40. de condict. indeb. & denique magis utilitatem publicam concernit, cui renunciare non licet Carpz. P. 3. Dec. 256. n. 6. Zang. de Except. P. 3. c. 10. inf. Andr. Fachin. lib. 2. controv. c. 61. Chri-

De renunciat-
ione jurata,

stin. Vol. 3. Decis. 35. n. 10. Idem quoque injurata renunciatione obtinere volunt, non quidem Jure Civili, sed Canonico Hahn. cit. l. Zæf. b. t. n. 28. Setfer. tr. de juram. Lib. 1. c. 16. n. 10. Recesit tamen au hac sententia Carpzov. cit. l. num. 13. seqq. quod admitti potest, si creditor evidenter & aperte filiofamilias pecuniam mutuam ad luxum & perniciem patris dederit, sic enim juramentum foret vinculum iniquitatis contra c. 18. X. de juram. Besold. in delibat. Jur. lib. 14. t. 6. n. 3. Alias si bona intentione crediderit, utut filius male pecuniam consumat, juratam renunciationem hodie validam esse existimaverim, cum nullum delictum, neque respectu jurantis, neque respectu creditoris hic concurrat. Licet consultius sit, Lege publica generaliter hanc juratam renunciationem prohibere.



